


CORTINÆ CHERVBINIS SPARSÆ.



A Altera portio decem cortinarū alatis imaginibus ornatarum, quæ primum tabernaculi operimentum constituiebant. Illis enim saga cilicina, pelles arietum rubricatæ, & pelles taxorū quas interpres vocat hyacinthinas, supersternebantur.


B C Longitudo, viginti octo cubitorum.

B D Latitudo singularum, quatuor cubitorum.

E Anfulæ, siue laqueoli hyacinthini, quinquaginta.

F Circuli, siue vncini aurei, quinquaginta.

SAGA CILICINA.



A Undecim sagorum cilicinarum quibus tabernaculum tegebatur, altera portio.

B C Longitudo, triginta cubitorum.

B D Latitudo, quatuor cubitorum.

E Anfulæ, siue laqueoli, quinquaginta.

F Fibulæ æneæ, siue vncini ænei, quinquaginta.

G Sextum sagum, quod introrsum replicatur.